

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Venerabilis Beda presbiter: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

uel dici. qui in tali obseruatione uidet se perfidis esse conforcem. Ista uos kmi. iam dudū. nec obseruare. nec quaerere manifesta relatione cognouit. Et reuera non sunt a nobis penitus inquirenda. qui omnipotenti dō credimus. qui pro qualitate meritorum. aut fidei probatione. cunctis mortalibus. potestate arbitrari sui. uel prospera t aduersa dispensat. Precipue cū huiusmodi homines arguat & increpet apostolus dicens. Dies obseruatis et menses. & tempora. & annos. timeo ne forte sine causa laborauerim in uobis. Uidete kmi in quo labore erga se apostolicū perdidit. Uos autē sicut huc usq. p dī timore fecistis. abhorrete uana. refugite falsa. impia declinate. ut & ad domū dī confidenti semper corde uenire possitis

& infide urā gentium magister et iudex. doctrinae suae fructum paulus inueniat.

ITEM UNDE SUP. LECTI SCI EŪ SEC LUCĀ. N I L L O T E M P. Cum consummati essent dies octo ut circumcideretur puer. uocatum est nomen eius ihc qd uocatum est ab angelo prius quam in utero conciperet. & r.

OMELIA. UEN. B. ED. P. B. RI. D. E. L. A. D. L. E. C.

SCAM VENERABILEMQUE FESTIUITATEM DI

ei huius. paucis quidem uerbis euangelista comprehendit. sed non pauca caelestis mysterii uirtute grauidam reliquit. Exposita namq. natiuitate dominica. cuius gaudia mox

angeli dignis gloriae laudi-
bus extulerunt. pastores
deuota uisitatione celebra-
runt. omnes qui tunc audi-
ere mirati sunt. Nos quoque
pro modulo nro prout potu-
imus proxime dno largiente.
congruis missarum ymnorūq.
sollemnis exegimus. subiun-
xit atq. ait. Et postquam
consummati sunt dies octo
ut circumcideretur puer.
uocatum est nomen eius iue.
quod uocatum est ab angelo
priusquam in utero concipe-
retur. Haec sunt festiuita-
tis hodiernae gaudia uene-
randa. haec sacrae sollemni-
tas diei. haec illa supernae
pietatis munera sacrosca. que
fidelium cordib. commendatis
apostolus ait. Quia ubi ue-
nit plenitudo temporis. mi-
sit ds filium suum factum ex

muliere. factum sub lege. ut
eos qui sub lege erant redime-
ret. ut adoptionem filiorum
reciperemus. Magna namq.
dispensatione pietatis. ad re-
demptionem generis huma-
ni. ds pater. non angelum.
non archangelum. sed filium
suum unigenitum mittere
dignatus est. Quem quia in
diuinitatis suae specie uide-
re nequiuimus. magna rur-
sum dilectionis arte prouidit.
ut hunc factum ex muliere.
hoc est ex maternae carnis
substantia. sine uirili admi-
xtione conceptum. ad huma-
nos uerum hominem profer-
ret aspectus. Qui in diuina
uirtute ac substantia manens
per omnia quod erat. ueram
naturae mortalis infirmita-
tem quam non habebat indu-
eret. Et ut nobis necessariam

xi.

oboediendi uirtutem. precipuo commendaret exemplo. factum sub lege filium suum misit deus immundum. Non quia ipse legi quicquam debeat. qui unus magister noster. **XII** unus est legislator et iudex. sed ut eos qui sub lege positi legis onera portare nequuerant. sua compassione iuuaret. Ac de serui conditione quae sub lege erat ereptos. In adoptionem filiorum quae per gratiam est. sua largitate reduceret. Suscepit igitur circumcisionem lege decretam in carne. qui absque omni prorsus labe pollutionis apparuit in carne. Et qui in similitudine carnis peccati. non autem in carne peccati aduenit. remedio quo caro peccati consueuerat mundari non respuit.

Sicut etiam undam baptismatis. qua nouae gratiae populos a peccatorum sordibus lauare uoluit. ipse non necessitatis. sed exempli causa subiit. Scire enim debet uera fraternitas quia idem salutiferae curationis auxilium. Circumcisio in lege contra originalis peccati uulnus agebat. quod nunc baptismus agere reuelatae gratiae tempore consueuit. Excepto quod regni caelestis ianuam necdum intrare poterant. donec adueniens benedictionem daret qui legem dedit. ut uideri possit deus deorum in sinu. Tantum in sinu abrahamae post mortem beatae requie consolati. supernae pacis ingressum spe felici expectabant. Qui nunc per euangelium suum terribiliter ac salubriter

clamat. nisi quis renatus fue-
rit ex aqua et spiritu. non potest
introdire in regnum dei. ipse
dudum per legem suam clama-
bat. Masculus cuius praepu-
tu caro circumcisa non fuerit.
peribit anima illa de populo
suo quia pactum meum irritu-
fecit. Id est quia pactum uite
in paradiso hominibus manda-
tum. adam praeuaricante
transgressus est. in quo omnes
peccauerunt. peribit de coetu
sanctorum. si non ei fuerit remedio
salutari subuentum. Utraque
ergo purificatio. & circumci-
sionis uidelicet in lege. & in
euangelio baptismatis. tollen-
dae praeuaricationis primae
gratia posita est. Et necui
saeculi labentis aetati super-
ni respectus munera deessent.
illi quoque qui a mundi exordio
usque ad tempora datae circu-

cisionis. uel postdatam circu-
sionem de aliis nationibus deo
placuerunt. uel hostiarum
oblationibus. uel certe sola fidei
uirtute. suas suorumque ani-
mas creatori commendantes.
a primi reatus uinculis absol-
uere curabant. Sine fide
enim impossibile est place-
re deo. Et sicut alias scri-
ptum est. Justus ex fide ui-
uit. Sed ueniens in carne dei
filius qui solam carnis natu-
ram. nullam autem peccati
contagionem traxit de adama.
Et quia spiritus sancti uirtute de uir-
gine conceptus et natus est.
Nullo egiit munere gratie
renascentis. utrumque genus
purificationis subire digna-
tus est. & circumcisis uideli-
cet a parentibus octaua die
natiuitatis. Et tricesimo ae-
tatis anno baptizatus a iohanne

fmo

hane: Immo etiam tertium
salutaris hostiae munus. ipse
templi dñs pro se non respuit
offerri. Cuius die dehinc
tricesima tertia. dño opitu
lante. ura caritas auditura
simul est & celebratura myste
rium. Cuncta inquam et de
galis et euangelicae purifica
tionis genera. qui nullo indi
guit. dñs suscipere non dispe
xit. Ut et consummandae
iam legis decreta. suo tempo
re doceret esse saluberrima.
et aduenientis euangelii. cun
ctis fidelibus ostenderet. aeq.
subeunda remedia. Sed et hoc
quod eodem die suae circum
cisionis nomen ut ihc uocare
tur accepit. ad imitationem
priscae fecit obseruationis.
Quam ex eo credimus sumpta.
quod abraam patriarcha qui
primus circumcisionis sacra

mentum in testimonium suae
magnae fidei. et diuinae ad eu
pmissionis accepit. eodem die
suae suorumq. circumcisionis
& iam nominis amplificatione
simul cum sua coniuge benedi
ci promeruit. Ut qui eatenus
abram pater excelsus dictus ē.
deinde abraham id est ^{pat.} multa
rum gentium uocaretur.
Quia patrem inquit multarū
gentium constituisti. Quae
fidelissima promissio. tam la
te per orbem iam patet im
pleta. ut etiam nos ipsi de gen
tibus ad fidei illius deuotionē
uocati. ipsum nos patrem
spiritualiter habere gaudeam?
Dicente & iam nobis apostolo.
Sicut uos xpi. ergo abrahae
semen estis. secundum pmissi
onem heredes. Et sarai in
quit uxorem tuam non uoca
bis sarai. sed saram. Id est non

uocabis principem meam. sed principem. Uidelicet aperte docens ut eam quae tantae fidei particeps & socia facta est. non proprie principem suae domus. sed absolute principem. Id est omnium recte credentium faeminarum uocaret. & intellegeret esse parentem. Unde beatus apostolus petrus credentes de gentibus. faeminas. ad humilitatis. castitatis & modestiae uirtutem prouocans. eiusdem matris nrae sarae debita cum laude meminit. sicut sara inquit oboediebat abrahae. dominum eum uocans. cuius estis filiae beneficientes. & non timentes ullam perturbationem. Haec dilectione uram fratris. ammonere curauimus. ut singuli uram

meminerint etiam se ipsos percepta fide xpi cum patri archis. nominis excelsi meruisse consortium. Se percepta in xpo purificatione baptismi salutaris. diuinitate nomine xpi gaudeant mutuasque cognomen. et hoc usque ad finem. firmum intemperatumque seruare contendant. Gaudentes in se illud esaias uaticinium esse completum. Et seruos suos uocabit nomine alio. hoc est nomine xpiano. quo nunc omnes serui xpi se delectantur insigniri. Neque enim nomen aliud sub caelo datum est hominibus. In quo oporteat nos saluos fieri. Unde propheta consequenter adiungit. In quo qui benedicendus est super terram. benedicetur in domino amen. Dicit & alias de eodem. multi

plicandam etiam de gentibus.
ecclesiam alloquens. Uide-
bunt gentes iustum tuum
et cuncti reges inclitum tuum.
Et uocabitur tibi nomen no-
uum quod os domini locutum est.
Quare autem puer qui natus
est nobis filius qui datus est
nobis. ihu. id est saluatoris
nomen acceperit. non expo-
sitione ut a nobis possit intel-
legi. sed sollicita ac uigili-
eget intentione. ut & iam nos
possimus eiusdem nominis
participatione saluari.
Legimus quippe angelo in-
terpretante. quia ipse saluum
faciet populum suum a pec-
catis eorum. Et indubitan-
ter credimus ac speramus.
quia qui a peccatis saluat.
ipse etiam a corruptionibus.
quae ob peccata contige-
runt. & ab ipsa morte sal-

uare non omittit. Psalmi-
sta testante quia ait. Qui pro-
picius fit omnibus iniquitati-
bus tuis. qui sanat omnes lan-
guores tuos. Dimissis quip-
pe omnibus iniquitatibus nostris
ad integrum omnes languo-
res nostri sanabuntur. Cum re-
surrectionis apparente glo-
ria. nouissima inimica destru-
cta fuerit mors. Et haec est
uera ac plenaria nostra circum-
cisio. Cum in die iudicii. cum
ctis simul animae carnisque
corruptionibus exuti. mox
peracto iudicio ad uidentem
perpetuo creatoris nostri faci-
em. aulam regni caelestis
ingredimur. Quod est ty-
pice paruulos circumcisos
ad templum domini hierosoli-
mam cum laudibus hostiarum
munus acceptabile deferri.
Uera enim circumcisio pur-

gatus templum dñi cum mu-
neribus ingreditur: qui a glo-
ria resurrectionis ab omni
labore mortalitatis excoctus
cum bonorum fructibus operū
supernae ciuitatis gaudia sem-
piterna subit. Dirupisti
inquiens uincula mea. tibi sa-
crificabo hostiam laudis.

Uota mea dño reddam in atriis
domus dñi. In conspectu om̄is
populi eius in medio tui hie-
rusalem. Quod desiderantis-
simum tempus caelestis intro-
itus. illa dies octaua qua cir-
cumcisio celebratur indicat.

Sex etenim sunt huius saeculi
aetates. notissimis temporū
distinctae articulis. In quib.
p̄do laborib. insistere. & pro
adipiscenda requie semp-
terna. ad tempus operari ne-
cesse est. Septima est aetas.
non in hac sed in alia uita qui

escentium. usq. ad tempus re-
surrectionis animarum.

Octaua aut aetas. ipsa est dies
resurrectionis. sine ullo tem-
poris sine beata. quando om-
nimodae circumcisionis glo-
ria coruscante. non ultra cor-
pus quod corrumpitur ad-
grauat animam. non terre-
na inhabitatio deprimat sen-
sum multa cogitantem. sed
corpus iam incorruptibile
lactificat animam. et suble-
uat caelestis inhabitatio.
totum hominem uisioni sui
conditoris inhaerentem.

Cuius aeterni diei beatitudi-
nem propheta in illo cuius
supra meminimus psalmo
consequenter exponit. Ani-
mam suam ipse & omnis inte-
rioris sui hominis affectus.
ad benedicendum dñm. recor-
dansq. omnes eius retributi

ones excitans. Qui redimit
de interitu inquit uitam tuam
qui satiat in bonis desiderium
tuum. qui coronat te in mise-
ratione et misericordia. reno-
uabitur sicut aquilae iuuen-
tus tua. Et ideo necesse est
fratres karissimi. ut qui adhuc pul-
cherrimae renouationis. qua-
si summae circumcisionis de-
siderium premia pertingere.
Curemus interim primitiue circū-
cisionis & renouationis que cot-
tidiano iustitiae exercitio fit subi-
re remedia. Deponamus secundum pristinam
conuersationem ueterem hominem qui corrumpit
secundum desideria erroris.
renouemur spiritu mentis nostrae.
& induamus nouum homi-
nem qui secundum deum crea-
tus est in iusticia et sanctita-
te ueritatis. Neque audien-
tes circumcisionem in uno
corporis nostri membro nos

castigare sufficere credamus.
sed sicut idem alibi monuit apostolus.
Mundemus nos ab omni labe &
inquinamento carnis et spiritus.
perficientes sanctificationem in
timore dei. Relegamus acta
apostolorum. uideamus bea-
tissimum pro martyre stepha-
num. iudaeis se cum domino perse-
quentibus terribiliter into-
nantem. Duri ceruice. et in
circumcisi cordibus & auribus
uos semper spiritu sancto resististis.
Si ergo in circumcisi cordibus &
auribus sunt. qui spiritus sancti moni-
tis resistunt. est utique cordi-
um & aurium circumcisio.
Et si est cordium & aurium. est
& omnium exterioris interio-
risque hominis nostri sensuum.
Qui enim uiderit mulierem ad
concupiscendum eam. qui ha-
buerit oculos sublimes. huius
in circumcisi uisus. Atque

uoce ueritatis dicitur qui est
 ex dō uerba dī audit. propter
 ea uos non auditis quia ex dō
 non estis. In circumcisi sunt au
 ribus. In circumcisi sunt lin
 gua & manibus. quorum os
 locutum est uanitatem &
 dextera eorum dextera ini
 quitatis. Qui locuntur pacē
 cum pximo suo. mala aut in
 cordibus eorum. Et dextera
 eorum repleta est munerib.
In circumcisi sunt gustu. quos
 pphaea redarguit dicens.
 Uae qui potentes estis ad biben
 dum uinum. et uiri fortes ad
 miscendam ebrietatem.
In circumcisi olfactu et tactu.
 qui unguento et uariis odo
 ribus sunt delibuti. qui secun
 tur amplexus meretricis as
 pergentis cubile suum myr
 ra et aloē et cinnamomo.
In circumcisi gressibus. de quib.

psalmista commemorat. Con
 tritio et infelicitas in uis eorū
 et uiam pacis non cognouer.
Atqui omni custodia seruant
 suum cor. qui auertunt ocu
 los suos ne uideant uanitatē.
 qui sepiunt aures suas spinis.
 ne audiant linguam nequam.
 qui gustant et uident quā sua
 uis est dñs. quā beatus uir
 qui sperat in eum. qui custodi
 unt uias suas ut non delinquant
 in lingua sua. Qui donec super
 est alitus in eis. et sps dī in narib.
 eorum. non locuntur labis ini
 quitatem. Nec lingua eorum
 meditabitur mendacium.
 qui leuant manus suas ad man
 data dī quae diligunt. qui ab
 omni uia mala prohibent pe
 des suos ut custodiant uerbū dī.
 Ista om̄s suos sensus petra sp̄ita
 lis exercitū se ostendunt ha
 bere circumcisos. Petrini

56ⁿ
quidem cultris. circumcisiōe
fieri legimus. p.etra autē erat
xpc. cuius fide. spe. & carita
te. non solum in baptisate
sed in omni prorsus actione
deuota purificantur corda
bonorum. Quae & ipsa cot
tidiana nra circumcisio. idē
continua cordis mundatio
semp octauū diei sacramtū
celebrare non desistit.
Quia nos in exemplum domi
nicae resurrectionis quae oc
taua die. id est post septimā
sabbati facta est. scificare con
suevit. Ut quomodo surrex
xpc a mortuis per gloriam
patris. ita et nos in nouitate
uitae ambulemus. prestante
dño qui uiuit et regnat. In
sc̄la sc̄lorum amen. hu

INEPIPHANA.
SERMO BEATI LEONIS PP.



PROXIME
die quo intemerata uirgi
nitas humani generis edidit
saluatorem. epiphaniae no
bis dilectissimi ueneranda
festiuitas. dat perseueranti
am gaudiorum. Ut inter
cognatarum sollempnitatu
uicina sacramenta. exulta
tionis uigor. et feruor fidei
non tepescat. Ad omnium
enim hominum spectat sa
lutem. quod infanciam medi
atoris di et hominum iam
uniuerso declarabatur mun
do. cum adhuc exiguo deca
neretur oppidulo. Quāuis
enim israheliticam gentem
et ipsius gentis unam famili
am delegisset. de qua natura